§. 12. In contractu *societatis* duo plurime inter se pecuniam, res, aut operas conferunt eo fine, ut quod inde reddit lucri inter singulos pro rata dividatur; & si quid danni capiat, id simili modo à singulis pro rata feratur. In qua societas ut officii est idem & industriam adhibere; ita ex illa intempore & in fraudem facit discessi non debet. Ceterum societas soluta quilibet post detractum lucrum aut damnum, quantum intulit, recipie. Quod si autem unus pecuniam aut rem, alter operam contulerit, videndum est, quo modo facta sit collatio. Quando enim alterius opera tantum veratur circa item pecuniam aut rem tractandum, aut distraheret, pars lucri ita definiri, prout sese pecunia ut rei emolumenam ad premium opera habet, & pars salse est ac perit ei, qui contulit. Quando autem opera impenditur ad meliorandam rem ab altero collatam, iste pro ratione meliorationis in ipsa quoque re parem habere intelligitur. Ait ubi omnium bonorum societas est inita, singuli socii utique lucrator fideliter conferre debent; ita contra ex communia massa pro ratione conditionis sive singuli sustentandi. Soluta autem societas diviso bonorum sit pro ratione eorum, quae singuli in societatem iniuste intulerunt; non attendendo, per cuius boni societas lucrum aut damnum provenerit; nisi alter sit convenienter.

§. 13. Dantur quoque complures *contractus*, qui eleemosynas continent. Quos inter refere possit *sponsus*, quando eveniens alicuius, nonnullam utrinque notoriis existent-

existentiam alter affimat, alter negat, certo prelio utrinque deposito, quod illi cedat, cuius assertione eventus congruere deprehendens fuerit. Huc pertinente omnia *litteras* genera, in quibus aliquo prelio certatur. Inter quos tamen minus alea habent, qui certamen ingenii, dexteritatis, solertiae aut roboris continent. In quibusdam ingenium & alea pari vigore sese exferit. In aliis denique alea predominatur. Esti rectorum civitatis sit difficile, quoque ex usu publico aut singulorum sit, ejusmodi contrahens tollari. Huc speciatim lotaria, quando plures de re, quam collatitia pecunia emune, post sorte decernunt, cui foli ea tota debet cedere. Item *olla fortuna*, quando, dejecto in urnam certi tesserarum seu schedularum numero inscriparunt & innatum, prelio redimuntur facultas calidem extrahendi, ita ut extrahantur id accipiant, quod illarum inscriptio praese fera. Hic contractus afferit et *assuratio*, seu contractus periculi avertendi & praestandi, quo quis certa pecunia accepta in se suscipit & praeficit pericula, que subiungit sunt merces in alia loca transportanda; ita ut si has interire contigerit, assurcator earundem pretium domino reliquerit teneantur.

§. 14. Ad maiorem firmatatem & securitatem contractibus frequenter solente adjici *fidejussiones* & *figurae*. In *fidejussione* alius homo, qui creditori indebet judicatur, principalis debitoris obligationem velut in fiduciis in se suscepit, ita ut nisi iste solvat, hic ipsius vices subeat; ut tamen, quod erogavit, a principali debitore ipsi refundi debeat. Esti autem ad maiorem summanum fidejussionem, quam debitor principalis teneri non posuit, non tamen repugnat istum, quan hunc arctius teneri; quippe cum huic plus, quam illi, fidei fuerit habitum. Naturaliter tamen principalis debitor prius, quam fidejussoff est appellandus, nisi hic illius obligationem plane in se recepterit; qui expromissor vocari solet. Quod si plures pro uno fidejusserint, pro rata duntaxat erunt singu-



siaguli convenienti; nisi forte quis eorum solvendo non sit, aut ejusdem convenienti non derur facultas. Tunc enim reliqui hujus portione onerabuntur.

§. 15. Sepe quoque solet creditori in securitatem crediti tradi aut assignari à debitorē certa quæciam res, pignora aut hypothec nomine, quoniamque iustitiae fuerit exfoliorum. Cujus finis est non solum, ut debitor ad solvendum urgatur desiderio rei suæ recuperandæ; sed & ut in promissis fīt, unde subi solevatur. Inde & regulariter pignora tantū aut majoris esse solent, quam ipsius debitorum. Ceterum res, que pignori opponantur, sunt vel *fructus*, vel *steriles*. Circa priores tage adjici solet pactum *arrezzo*, scilicet ut creditor loco usūræ fructus ipsius pignoris percipiat. Circa posteriores autem *lex comparsis*, ut nempè pignoris cedat creditori, ubi intra certum tempus solutio non sit facta. Id quod naturaliter iniquum non est, ubi pignoris pluris non est, quam debitorum, & ultro intermedii temporis, aut si quod excedit dominio restituuntur. Uti autem creditor pignoris solutione facta debet restituere: ita interea non minorem, quam propriis rebus illi cultiōnem debet: & ubi pactum antichrethicum non acciperit, sitque talis res, que usū alteratur, aut si debitoris ullo modo interferit, invito hoc cadenti uti non potest. Differt hypotheca à pignore, quod hoc constitutur rei traditione; hæc autem re non tradita constat nuda assignatione rei imprimit immobiliaris, ex qua solutione non facta creditor suo credito potiri queat.

§. 16. Ceterum quenam contrahentium sint officia, ex fine & natura horum contractuum liquido asperat.

CAPUT

CAPUT XVI.

Quibus modis solvantur obligationes, que ex partibus oriuntur.

§. 1. Neer modos solvendi obligationes, ex partibus ordinandas, quibusque ideo officia, inde promanantia plane exprirant, maxime naturalis est *expeditio* aut *solutio ejus*, de quo fuit conventionis. Ubique licet regulariter is, qui debet, solvere tenetur: tamen si præstatio fuit ab alio nomine ejus, qui obligationem contraxit, hæc disolvitur; siquidem alias tunis interfit, abs quo expeditio fit. Ita tamen ut qui pro altero animo non donandi solvit, ab hoc quod erogavit repeteat queat. Solvendum præterea ei cui debetur, aut quem hic delegavit, ut ipsius nomine debitorum recipiat. Et denique si uidetur ipsum præstandum, aut solvendum, de quo convenutum fuit: non aliud ejus loco, integrum non murulum, non pars duxat, non dividit, loco idem & tempore convenio. Et si lege humanitas creditoris aut impotencia debitoris subigat terminum solutionis prorogare, aut dispendere, vel etiam aliud pro alio accipere.

§. 2. Tolluntur quoque obligationes *compensatio*ne, que est crediti & debiti inter se contributio, feri quando debitor ideo liberatur, quia eidem ipse creditor rem eidem generis, & que tantidem est, viciſſim liquidio debet. Cum enim imprimit in rebus fungibilibus tantundem sit idem: & vero ubi manuus est debitorum, mili statim tantundem efficit reddendum, atque ipse accepi: igitur declinansq; inutilibus solutionibus commodissimum est utrumque futuri retinendo solutione defungi. Pater autem competrari propriæ posse res fungibles ejusdem generis, quarum solvendatur tempus præfens est, aut præterit: non alia res aut præstations diversæ nature: nisi forte illæ



ille uringue in sui estimationem, seu in pecuniam
reolvantur.

§. 3. Tollitur quoque obligatio condonatione seu
remissione ejus, cui quid debetur, & cujus inter-
est obligationem nullae expletam. Ea soleat vel
expresse per exhibita signa consentium testitancia; pu-
ta, data acceptatione, reditare aut abolitis chiro-
graphis: vel tacite, si quis ipse impedit, aut in
causa sit, qui minus, quod sibi debetur, possit
prefrari.

§. 4. Solent quoque solvi obligations, que u-
trumque partis præstatio constant, & adhuc inec-
gra, mutua difesa; nisi leges positivæ id prohibue-
rint. Ubi autem ab altera parte jam quid sic præstitum,
aut oportet vel hujus condonatio, vel ut alia ratio-
ne id farciatur.

§. 5. Præterea non tam solviuntur, quam abrepri-
tur obligatio alterius partis perfida. Quando enim
unus non præstas, de quo est conveniunt, neque al-
ter teneat præstare, quod invenit istius præstatiois
recepit. Nam capita præfandorum in partis pri-
ora posterioribus insunt per modum conditions,
quasi ita dictum fore; præstabo, si tu præstine-
ris prius.

§. 6. Expirant quoque obligations, quando
statim, in quo eadem unice fundabantur, mu-
tuerint vel ille, qui præstare, vel is, cui præstari
debet.

§. 7. Ipso tempore expirant obligations, qua-
rum duratio à puncto aliquo temporis subservia fu-
it; nisi expressa aut tacita partium conventione
illa prorogata fuerit. Necesse est tamen, ut in-
tra illius tempus facultas exigendi obligationem ex-
erterit.

§. 8. Morte denique solvuntur obligations in
persona aliquius radicata, subiecto quippe sublato
accidente quoque extingui necessum est. Sepe ta-
men in superflicitibus defunctorum obligatio continua-
tur. Idque vel quia superites ex officio pietatis,
aut

aut alias ablations defuncti obligations explendas
in se suicepit; vel quia ex defuncti bonis obligationi
era latitacendum, que cum illo onere in heredem
transferunt.

§. 9. Per delegationem substituit quis creditori
suo conscienti debitorum suum, ut hic loco ipsius
debitum suum exsolvat. Ubi creditoris quidem
conuersus requiriatur, non autem tertii iustus
debitoris, quem etiam ignorari & invictum alteri
volenti delegare possum. Nam nihil intercessit,
utri quis solvit: multum autem, à quo quis debiti
cum exigit.

De Interpretatione.

§. 1. **I**ta quidem est, ut neque in illis, que im-
perio injunguntur, quis ulterius obligetur,
quam hic voluit; neque ad quae quis ultra se ad-
stringit, ulterius teneatur quam ipse voluit. Quia
tamen de voluntate hominis alter homo judicare non
potest, nisi ex actibus & signis in sensibus incurriben-
bus; inde deinceps in id quicunque obligari in foro hu-
mano censetur, quod relata signorum interpretatio fa-
gerit. Unde tam ad leges quam ad pacta rite in-
telligenda, & exinde officio expiendo plurimum pro-
deth regulæ bona interpretatione circa verba potissimum,
tanquam communissimum signum, con-
stituit.

§. 2. De verbis popularibus haec est regula: ver-
ba regulariter intelligenda sunt in proprio suo & fa-
mulo significata, quem ipsi importare non tam pro-
prietas aut analogia grammatica aut derivationis con-
formitas, quam popularis usus; quae penes arbitrium
est, & jus, & norma loquendi.

§. 3. Vocabula artium explicanda sunt secundum
definitions prudentium cuiusunque artis. Quod si vo-
cabula



cabula artium à diversis diversimode definitur, ad
lites præcindendas facit, popularibus verbis expri-
mere, quid per eam vocem intelligamus.

§. 4. *Conjunctio* autem ad erendum genuinam
sententiam opus est, si vel verba simplicia, aut verborum
complexio sine ambigua; aut si partes quædam oratio-
nis sibi invicem *videtur repugnare*, ut tamen dextra
explicatione adhibita conciliari invicem possint. Nam
ubi certa & manifesta est repugnatio, posterius dero-
gabit prioribus.

§. 5. *Conjectura* voluntatis, rectique sensus in
sermone ambiguo aut intricate penuntur potissimum
ex subfracta materia, ex effectu, & conjunctis. Circa
materialia hac est regula: verba regulariter sunt in-
telligenda secundum subfractam materiam. Nam sem-
per illi, qui locutus est, materia, de qua sermo
intuitus est, ob oculos versari præsumunt; ide-
oque semper ad eandem sententiam verborum attem-
peranda.

§. 6. De effectu & *conjunctis* hæc est regula:
Ubi verba crude & simpliciter accepta vel nullum,
vel absurdum aliquem effectum potest esse efficien-
tia, a receptione sensus paulisper defecundum,
quatenus nullius aut absurdius vitandæ necessitas
requirit.

§. 7. Ex *conjunctis* validissima sumuntur conjecturae;
quia regulariter quilibet sibi confare præ-
sumuntur. *Conjuncta* sunt vel *lex*, vel *tantum origi-
na*. De prioribus hæc est regula: si sensus in ejus-
dem sermonis loco aliquo plane & perficie sit ex-
peditus, obscuriores locutiones ex illis plantis sunt
interpretandas. Cui vicina est altera: In omni ser-
mone interpretando accurate ad antecedenter & con-
sequenter est attendendum, quibus interjecta attemp-
terari & respondere præsumuntur. De posterioribus
autem illa habetur regula: Unius & ejusdem
hominis obscurum dictum interpretandum est ex
ipsis dictis clarioribus, licet alio tempore & loco

pro-

prolapsus; nisi manifeste adpareat, ipsum sententiam
mutasse.

§. 8. Plurimum quoque prodest ad verum sen-
tendum inveniendum, in legibus comprimitis, inspicere
rationem legis, seu causam & refeculum illum, qui
ad legem ferendam latorem moverit: in primis ubi
confit, unicam eam legis rationem fuisse. De qua
hæc regula est: Illa interpretatione legis est sequen-
tia, qua ratione legis congruit; & contra reponen-
da, quæ eadem dicreparat. Item, celsane ratio-
ne legis unica & adequata, celare ipsa lex. Ve-
rum ubi plures ejusdem legis fuerint rationes, non
statim una celsane tota lex celatur; cum reliqua ra-
tiones ad eam vim sufficiendam sufficere possint. Se-
pe quoque sola voluntas legislatoris sufficit, mutaratio
legis latet.

§. 9. Observandum praecessa est, multa vocabula
habere plures una significations, alteram *laetitiam*,
alteram *irritationem*. Sed & aliam materiali esse favo-
rabilis, aliam ediosam, aliam mixtam. *Favorabile* est,
quod uniuersitate partis aqualem facit conditionem,
quod communem utilitatem spectat, quod actus
quolibet conservat, quod pacem promovet, &c.
Odiosum est, quod unam dumtaxat partem, aut unam
magis quam alteram gravat, quod poenam in se
concinet, quod actum reddit irritum aut pio-
ra immutat, quod bellum promovet. *Mixta*
est, v. g. si quod priora quidem immutat, sed
pacis tamen causa. De illis hæc est regula:
Favorabilitate latens, odiosa strictius interpre-
tanda.

§. 10. Datur quoque conjectura aliunde quam
ex verbis oritur, quæ efficaciter, ut *interpretatio* quan-
doque sit extensenda, quandoque *coarctanda*. Esti
facilius denunc rationes, quæ suadeant interpretationem
coarctari, quam extendi. Posset igitur lex ad
casum, qui in lege non exprimitur, extendi, si con-
ficit, rationem, quæ in illum casum quadrat, unicam
fuisse, quæ legislatorem moverit, eamque ab ipso con-
fide-



fideratani fuisse in sua generalitate, & ut aequipollentes quoque casus complectentur. Sed & extendi lex debet ad illos casus, qui in fraudem legis ab hominibus prave folerentibus inveniuntur.

§. 11. Ut autem verba generaliter posita restringantur, contingit aut ex defecta voluntatis originali, aut ex casus emergentis cum voluntate repugnantia. Quod aliquis ab initio quid noluisse presumatur, intelligitur 1. ex absurdio, quod alias inde sequetur; id quod nemo causus vouluisse judicatur. Inde verba generalia sunt restringenda, in quantum alias absurditas inde erat emerita. 2. Ex defecta rationis, que unice ipsius voluntatem movit. Inde sub generali locutione non comprehendendum casus, in quos ratio legis unica & adequata non quadratur. 3. ex defecta materie, de qua semper is, qui loquitur, cogitat et confutatur. Inde & ad eandem verba generalia tempore sunt attemperanda.

§. 12. Quod autem casus, qui postea emergit, cum voluntate eius, qui aliquid continent, pugnet; id reprehenditur vel ex naturali ratione, vel ex aliqua figura voluntatis. Pius contingit, si ab equitate foret discedendum, nisi certi casus ab generali lege eximerentur. Erit quippe *equus* correcio ejus, in quo lex deficit ob universalitatem. Quia enim non omnes casus praivedi, nec ob infinitam varietatem exprimi possunt; ideo quando generalia verba ad speciales casus sunt applicanda, eximendi sunt illi casus, quos exemnum fuerat ipse legislator, si super tali causa consulus fuisset. Ad isthanc camen equitatem decurrere non licet, nisi sufficiencia iudicia subigantur. Inter quae certitudinem est, si adpareat, violatum sit legem naturalem, ubi preflit quis literam legis humanae sequi velit. Proximum ab hoc, si non quidem illicitum sit verba legis sequi: sed tamen rem humanitatem affirmare id nimis videatur grave & intolerabile, sive in universum omnibus hominibus, sive certis personis; aut si falsi tantum videtur, qui tam carent redimendus.

§. 13. De-

§. 13. Denique & ab universalis locutione facientia est exceptio, si verba alio loco posita cum presenti lege aut pacto non quidem directe pugnant; sed proper certam temporis circumstantiam hec & nunc simili observari nequeunt. Heic igitur certe sunt observandae regulæ, ut intelligi possit, quatenus lex in eo casu, ubi utriusque simili fastidior neguit, preferri debet. 1. Id quod permititur tantum, cedit ei, quod iubetur. 2. Quod faciendum est certo tempore, preferitur ei, quod quovis tempore fieri potest. 3. Affirmativum praecipiunt cedit negativo; seu quando praecipito affirmativo fastidior neguit, nisi violato praecipito negativo, illius impletio erit in praesens omittenda. 4. Inter conventiones, legesque cetera aequalis, pecuniaris preferuntur generali. 5. Inter duas praefationes, certo tempore articulo invicem collatis, quorum una causas magis honestas aut utilies, quam altera haber, hanc illi cedere par fuerit. 6. Injuriarum paucum cedit iurato, quando utriusque simili fastidior neguit. 7. Obligationi perfectæ cedit imperfectæ. 8. Lex beneficentie, ceteris partibus, cedit legi gratitudinis.

H

Samu-



Samuelis Pufendorfi,
DE OFFICIO
HOMINIS & CIVIS,
LIBER SECUNDUS.

CAPUT I.

De Statu Hominum Naturali.

S. 1. **P**roximum est, ut inquiramus de illis *officiis*, que homini obediunt incumbunt ex diverso *statu*, in quo in vita communis degere deprehenditur. Vocabus autem *statum* in genere illam conditionem, in qua homines constituti intelliguntur ad certum genus actionum obediunt. Quem etiam peculiaria fere iura comitantur.

S. 2. *Status* hominum est vel *naturalis*, vel *adventitius*. *Naturalis* triplici modo considerari, solo præluciente rationis lumine, potest, vel in ordine ad Deum Creatorem, vel in ordine singularem hominum ad seipsum, vel in ordine ad alios homines.

S. 3. *Priori modo* consideratus naturalis status hominis est illa conditio, in qua à Creatore est constitutus, dum eximium p̄r ceteris animali eundem esse voluit. Ex quo statu fluit, quod homo debeat autorem sui agnoscere, colere, & ipsius opera admirari; ac diversa plane ratione à brutis vitam suam

CAPUT I. 99
am exigere. Inde & ei statui opponitur *vita* & *conditio brutorum*.

S. 4. *Altro modo* statum hominis naturalem considerare possumus, si animo fingamus, qualis ejusdem conditio futura esset, si quilibet sibi soli reliquo fore sine ullo adminiculo ab aliis hominibus accedente, & quidem postea illa *natura humanae conditionis*, qualis jam deprehenditur. Quae sane inferior quam cuijusvis belus videtur futura huile, si expanderit, quanta cum debilitate in hunc mundum iam ergedatur homo, peritius statim sine aliquor auxilio; & quam rudes sit vitam idem exacturus, si minùs aliud cuique adficerit, quam quod propriis virtibus ingenioque debeat. Quin potius quod ex tanta imbecillitate adolescere potius, quod infinitis iam commodiatisse fuerit, quod animus corporeus in nostrum & aliorum usum excolimus, id onus ab auxilio aliorum hominum provenit. Et in hoc sensu status naturalis *oppositar* *vite* per *inductriam hominem exaltat*.

S. 5. *Tertio modo* statum hominis naturalem consideramus, prout intelliguntur homines sese invicem habere ex nuda illa & communi cognitione, que ex similitudine nature refulcat ante pacum aliquod aut factum humanum, quo peculiareiter unus alteri redditus fuit obstriccius. Quo sensu in statu naturali invicem vivere dicuntur, qui neque communem habent dominum, & quorum unus alteri non est subiectus, quique inter se neque beneficio neque iniuria sunt cogniti. Quo sensu statutus naturalis *opponuntur* *statui civili*.

S. 6. Hisjus porro naturalis status indoles considerari potest vel prout *per fictionem* reprezentatur, vel prout *revera* existit. Prius fit, si vel concepiimus ab initio aliquam multitudinem hominum simul existit, sive illa unius ab altero dependens; uti de Cadmis fratribus in fabulis est; vel si fingimus, totum genus humanum jam ita dissolutum esse, ut quilibet leipsum seorsim gubernaret, & nemo ulli

H. 2. 80



alio esset vinculo conjunctus, quam similitudine natura. Sed status naturalis, qui revera exigit, id habet, ut quis cum aliquibus hominibus peculiari sociate jungatur; cum reliquis autem omnibus nihil praecepit speciem humanae obtinet communem, nec alio nomine quidquam ipsi debet. Quia status jam inter diversas civitates ac cives diversarum rerum publicarum exigit, & quondam inter patresfamilias segregates obtinebat.

§ 7. Manifelum quippe est universum genus humanae nunquam simul & semel in statu naturali extitisse. Qui enim ex protoplatis geniti erant, ex quibus quicquid est mortalium originem ducit, propter divina tradita scriptura, eidem potestati patris subiecti erant. Neque tamen eo minus postea status hicce naturalis inter quoklam homines emerit. Nam primi mortalium, ut orbem adiuvat varium implicant, & laxiori sibi suisque pecoribus habitationem querentes, reliktis laribus paternis in diversa discesserint, sicutaque sibi fore singulis mares familiam constituerint. Inter quorun posteros ita tamen sedis divergentes, peculiares cognationes vincula, & ortus inde affectus, paulatim exolevit, & conuenientem eum illud, ex similitudine naturae resolutam, remansit. Donec postea, cum genus humanae infinita iussit multiplicatum, deprehensis viis segregatis incommodis, paularum proximi queque cohabitantes in civitates covere, minorum primo, deinde in maiores, ex pluribus minoribus ultero aut per vim coactis. Quas inter civitates aegre nullo alio, quam communis humanitatis vinculo junctas, status naturalis unius exigit.

§ 8. Eorum autem, qui in statu naturali vivunt, hoc est praecipuum juxta, quod nemini praeterquam Deo fin subiecti sequitur obnoxii. Quo respectu etiam ille status nomine libertatis naturalis venit; per quem quilibet circa antegressum factum humanum sui juris potestatisque, ac nullius hominis imperio subiectus esse intelligitur. Quo ipso & jam quisvis cuivis

cuivis alteri, cui neque ipse subiectus est, neque euadem sibi subiectum habet, *equalis* centur. Cum porro homini lumen rationis sit insitum, quo praelucere actiones suas temperare posse; consequatur, quilibet, qui in naturali liberate vivit, in regnando suis actionibus a nullo mortalium dependere; sed ex proprio iudicio aque arbitrio omnia, que sunt rationi congruent, agendi habere potestatem. Et cum homo ob communem inclinationem omnibus animalibus insimil non possit non ad conservationem sui corporis viraque nec non ad dispellenda ea, quae eandem destruere videntur, omnibus modis incumbere, medietaque ad eum secundum adhibere; & vero in statu naturali nemo habeat alterum hominem superiorem, cui voluntate iudiciumque suum submetteret, inde in eo statu quilibet ex proprio iudicio definiri de aptitudine mediiorum, an ad conservationem sui conductare, nec ne. Nam si vel maxime alterius consilium audiat, penes ipsum tamen est, an velit alienum consilium probare vel non. Ut tamen illuc proprii sui gubernatio recte sit habeat, requiritur, ut ea iuxta dictam recte rationis, legemque naturalium principiis.

§ 9. Status naturalis, utri libertatis nomine, & immunitatis ab omni subiectione insigniter blanditur; idem tamen antequam ab hominibus in civitates fuerit concelatum, plurima haber adjuncta immunitas; five singulam omnes & singulos in eo exstire, five confederatas conditionem patrumfamilias segregum. Nam si animo concipiatur hominem etiam adulta arata in hoc mundo definitum solum, & fine omnibus commodis & administrabilis, quibus vita cultiore & molitorum redditus solertia hominum; videbis animal nudum, matum, inops, fames radibus & herbis, situm obvia aqua, injuria acris anterius usque dispellens, feris bestiis expofitum, & ad cuiusvis occiduum pavida. Paulo cultior vita potuit esse inter eos, qui in familis segregibus degabant. Sed quae tamen cum vita civili nullo modo



comparari poterat, non tant ob indigentiam, quam inter coercitis cupiditatis familia sic facias videtur posse dispellic, quam quod fecurritati parum ibi sic confulsum. Et ut in pauca rem conferamus, in statu naturali quicque propriis tantum viribus proteguntur; in civitate omnium: ibi fructus ab individuali sui nemini cetero: hec omnis: ibi imperium affectuum, bellum, meatus, pauperitas, fœderis, solitus, barbarie, ignorantia, ferias: hec imperium rationis, pax, fecuritas, divitiae, ornatus, societas, elegancia, scientia, benvolentia.

S. 10. In statu porro naturali, si vel quis alteri ullo non praeficeret, que ex paci debet, aut si iniuriam incoluit, aut si alias controverxie quid oratur; nemo est, qui pro imperio alterum ad praestandum debet, reparandamq; injuriam adgere, itemque decidere possit; uti in civitatisibus, ubi judicis communis auxilium implorare datur. Quia ramen non ob quicunque causam natura in bellum ruerit permittere, etiam ubi quis de justitia sua causa amplius sic perfunctus: igitur prius tentandum, cum meliori via res possit compone, disceptatione scilicet partium amicorum, & puro (non condicioneato) compromiso, seu præventione ad arbitrios. Qui arbitrii requos esse utrique parti gerere debent, & in ferenda sententia nihil odio aut gratiae dare, sed unica causa reficerere. Quam ob rationem etiam non sollet qui capi arbitrii in ea cauta, in qua ipsi commodi, vel gloriae peculiaris spes major adpareat ex Victoria unius partis, quam alterius; adeoque ubi ipsius interest alterum quocunque modo causam obtinere. Hinc & nullum pacium aut promissum intercedere debet inter arbitrium & partes, cuius vi pronunciar in gratiam alterius teneatur. Quod si arbitri acque ex communis partium confessione, neque ex exercitii instrumentis aut indubiis rationibus & signis quid in facto sic cognoscere valeat, ex effatis testimoniis id esse cognoscendum. Quos licet ad verum dicendum lex naturalis, & plerisque juris-

menti religio adstringat: tutissimum tamen fuerit tales non admittere, qui erga alterum partem ita sunt affecti, ut conscientie ipsorum cum gratia, odio, vindicta libidin, aliquo violento animi motu, aut etiam arctiore quadam necessitudine sic velut lucrandum: quibus superandas non omnibus sat constantiae est. Aliquando etiam per communium amicorum interpolationem lites tolluntur; quod merito inter facultates officia habent. Ceterum in hoc statu executionem, ubi ultero ab altero non praetulerit, quod debetur, sibi quicque facit.

S. 11. Quanquam autem natura ipsa inter homines aliquam cognitionem esse voluerit, cuius vi nefas fit alteri homini nocere, & potius has sic cuius aliorum commodis sece dispensare: tamen inter eos, qui in naturali libertate invicem vivunt, haec cognitione fat debiles fere exercit vires, ita ut quisvis homo, qui non est noster civis, seu quiccum in statu naturali vivimus, non quidem pro hoste, sed tamen pro amico parvissimo fit habendus. Cujus rei ratio est, quod homines non solum sibi invicem maxime possint, sed & variis de causis saepissime veline nocere. Alios quippe pravitas ingeni, aut dominandi & superficia habendi libido ad fædendos alios incitat; alii modesto licet ingenio, studio se conservandi, & ne ab aliis præveniantur, in arma ruunt. Multos ejadem rei desiderium, ingeniorum concensu committit. Inde in isto statu tantum non perpetue vigentes suspiciones, diffidentia, studium aliorum vires subtrandi, libido alios præveniendi, aut ex aliorum ruina vires suis augendi. Ergo uti probi est hominis rebus suis contentum alios non lacessere, nec aliena adipetere: ita cauti est, siueque talius amans ita omnes homines amicos credere, ut tamen idem mox hostes fieri queant: ita pacem cum omnibus habere, quafis que mox bello mutari possit. Quia de causa & felix habetur republ. quia etiam in pace de bello cogitat.



CAPUT II.

* De Officiis Conjugalibus.

I Nter statu adventitios, seu in quibus homo factio
loco venit matrimonium. Quod ipsum etiam est pri-
mum velut specimen vita localis, nimique generis
humani seminarium.

§. 2. Cirea hoc initio confat, ardente illam
sextum inter se proclivitatem a sapientissimo Crea-
tore institutam non ad inanem voluptatem facian-
dam; quippe quae unice spectata summae fore-
ditatem & confiditatem in genere humano exqui-
tata exat; sed tum ut eo paciundis inter conju-
ges efficit conversatio, tum ut eo lubricens homines
propagationis sibolis operam dare, ac molestias co-
lerant, quae situs succipitionem atque educationem
comincantur. Ex quo consequitur, naturali legi re-
pugnare omnem uiam membrorum genitalium, qui
ab hinc finibus abit. Quo nomine etiam vetita
libido in diversam speciem, aut euidenti sexum ru-
ens, quicvis foeda pollutiones, & denique omnis com-
mixatio sive manu contumiu sivecepta, sive invita formidine
invenientia extra matrimonium.

§. 3. Obligatio ad contrahendendam matrimonium con-
fiditari potest vel in respectu ad totum genus huma-
num, vel in respectu ad singulos, illis in eo confi-
dit, quod propagatio speciei humanae haereditudinem
sit instituenda per vagos & solitos concubitus; sed
unique legibus coniugalibus circumscrivenda, adeo-
que per matrimonium duxatae excedenda. Citera
hoc enim decora & bene disposita inter homines
socetas, vitaque civilis cultus intelligi nequit. Si-
guli autem ad matrimonium inveniuntur tenentur,
quando commoda feste eius occasio paret: quam-
tamen non sola etas generandique facultas absolvit;
sed

sed ut copia quoque sit decentis conditionis, nec
non facultas alendi uxorem & prolem nascituram;
ac ut max quoque sit donus ad gerentiam perfec-
tum patrisfamilias. Ni si eamen aliquis compofitus
sit ad exigendum calsum exhibendum, fonsque plus
se utilitas posse procurare humano generi, aut ci-
vitatibus caelibus, quam uxoratum; præterit ubi nulla
prolis penuria sit metuenda.

§. 4. Inter eos, qui matrimonium iniuri sunt,
intervenire solet & debet patrum, quod ubi regula-
re & perfidum fuerit, hinc capitibus absolvitur.
Primo, quia vir, abs quo ut contractus incipiatur utriusque fexus indoli magis congruit, propriam uti-
que sibi sibolem intendit querere, nos suppositum
aut adulterinam; igitur idem dare viro debet fa-
mina, quod nemini præterquam ipsi corporis sui u-
lusu velit concedere. Quod itidem a marito fe-
mina vicem sibi stipulari. Deinde cum nihil magis ab indole viri socialis & civilis abhorreat,
quam vita vaga ac desultoria, incerto lare, nulla
fortunaru fece; cumque communis sibolis educatio
commodissime influetur conjunctis utriusque pa-
rentis operis: ac cohabitatio continua plurimum
conuenit jucunditatem inter conjuges bene compofitos,
per quam etiam marito certius de castitate uxori
confare potest: igitur in id quoque fidem mar-
rito dat uxori, quod viro continuo coabitare, adeo-
que in arctissimam vitam societatem, eandemque fa-
miliam cum ipso coalefcere velit. Cui ipsi & mu-
tua promissio de tali invicem conversione, qua-
leam indoles ejus societatis requiri, mette intelligi-
tur. Quia autem non solum naturali utrque fexus
conditione maxime congruit, ut in matrimonio viri
conditio sit potior, sed & maritus familiæ, à se
utique constitutus, caput fit; consequitur, ut uxor in
negociis matrimonii ac familiarium concernentibus
directioni mariti sit obnoxia. Inde & mirit est de
domicilio constitutare; nec uxor illo invito peregre
abire aut secubare potest. Tale tamen imperium,
quod



quod jus vitæ & necis gravemque coactionem, nec non plenam potestatem circa quævis bona uxoris disponendi comprehendat, ad efficientiam matrimonii necessarium non videatur: sed illud ex peculiaribus partibus inter conjuges, aut ex legibus civilibus aliquibi constituitur.

S. 5. Porro uti illud manifeste legi naturali repugnat, non multorum pluribus viris finali cohabitatione: ita in non finali duas plures uxores habeat, apud plurimas gentes, & in ipso quandoam judaico populo receperunt. Nilominus si vel maxime à primaria matrimonii institutione in divinis literis traditi abstrahamus; ex ipsa ratiōne recta ratione constat, longe decentius iuxta aque utriusque esse unum utra effe contemnunt. Id quod & usus omnium quas novimus gentium Christianarum à tot seculis conservavit.

S. 6. Nec minus natura tam arcta conjunctionis ostendit, matrimonium debere esse perpetuum, & non nisi alterutris conjugij morte finiendum: nisi principali partis matrimonialis capita fuerint violata per adulterium, & malitiosam defecutionem. Ob mores autem male compositos, & qui cum malitiosa defecione eundem non producunt effectum, separatio duxerat quod chorus & mensam inter Christianos recepta est, sine permissione ad secunda vota transeundi. Cujus inter alias etiam hac ratio est, ne facultas divorciū consummacionis morum alii; sed potius alterius conditionis desperatio ad accommodatorem morum, mutuamque tolerantiam conjuges inciteret. Ceterum ob violatae partis matrimonialis capita pars laesa tantum vincula exsolviuntur; quod in altero continguerit, siquidem pars laesa velit, & cum altero in gravitatem redire dignetur.


S. 7. Conferare licet matrimonium, ubi lex civilis non obstat, potest quilibet cum quilibet, si actas corporisque constitutio matrimonio habilis adit; nisi impedimentum aliquod morale obstat. Moraliter impe-

Impeditur aliam conjugem adsciscere, qui, quæve alteri Jam coniugi junctus, junctave est.

S. 8. Sed & pro morali legitimarum nuptiarum impedimento habetur artis nimis fangans aut affinitas conjunctio. Quo nomine etiam naturali lege nefarior judicantur nuptiae inter ascendentias & descendentes in infinitum. Reliquæ autem nuptiae in litore transversi, puta cum amita & matreteria, cum foratore, item in affinitate cum hominera, locri, privigeni, non solum lex divina, fed & cultarum leges gentium, & Christianorum confitens deterratur. Quin & multorum populorum leges civiles remeiorum quodammodo gradus prohibuerunt, ad obiciendam velut sepiem prius dictis gradibus factioribus, ne ad hos temerando ita facile rueretur.

S. 9. Ceterum uti aliis contractibus atque negotiis certa, quedam requirunt fieri utrum addere leges civiles, quæ si observari non fuerint, in foro civili pro validis non habentur: ita & circa matrimonium concingit, dum aliquabi per leges civiles honestatis & boni ordinis causa solennem quadam requiruntur. Que licet extra jus naturale sint; cetera illa tamen, qui legibus civilibus subjiciuntur, legitimum matrimonium non contrahent; aut saltem ejusmodi corundio effectus iusti matrimonii in civitate non habebit.

S. 10. Officium mariti est uxori diligere, nutritre, regere, atque defendere; uxoris maritum amare, honorare, adiutorio effi ei non solum in generanda & educanda fobole, fed & in parte curarum domesticarum capiebola. Utinque autem indeoles tam arcta conjunctionis require, ut conjuges tam prospera quam adversa fortuna sit socii, & si qua alterutri calamitas obtingat, ab altero subleveatur; nec minus ut prudenter mores ad concordiam invicem tolerandam attempterent; qua tamen in parte concedere magis uxoris est.



CAPUT III.

De Officiis Parentum & liberorum.

§. 1. Ex matrimonio proveniens proles in quam continua ac fons omnium genus imperii, quo parentum iusta venerari corundemque prae se eminentiam agnoscere liberi tenentur.

§. 2. Oritur imperium parentum in liberos duplicitate patrimonii de causa: primo quia ipsa lex naturalis, dum sociabilem esse hominem iustit, parentibus curam liberorum injunxit; quia ut eo minus negligenter, tenuerrimum simul affectum in problem natura iusdem implantavit. Iti curse exercende requirit potestas liberorum actiones dirigendi ad ipsorum salutem, quam ipsi properi judicis defectum nondum intelligunt. Deinde id imperium recte genere coniuncta preti nictat. Nam recte praeiudicatur, si infans eo, quo sublatius est, tempore ultim rationis habuerit, ac perfexisse, virante se circa parentum curam ac junctioni ipsi imperium servare non posse, lubenter illam in id confundens, commodamente fisi educationem ab iusdem vicissim suisse stipularant, Atque autem parentibus imperium in problem constitutum, quando illam tollunt, nutriuntque & in commodium humanae societatis membrum pro virili formandam suscipiunt.

§. 3. Cum autem ad generationem fobolis non mater minus, quam pater concurrit, adeoque physice proles uniuersique sic communi, disquisendum: utrum jus in fratre sit patris. Super qua re diffinire pronuntiandum. Si enim extra matrimonium pro es sit generata, illa primo matris erit, quia pater hinc nisi iudicio matris cognosci nequit. Inter eos quoque, qui in libertate naturali & supra leges civiles degunt, pacto conveniri potest, ut non patris, sed matris jus potius sit. Sed in civitatis, utique

CAPUT III.

utique per mares constitutis, cum regulariter contractus matrimonii à mare incipiat, & caput familiæ sit, potius erit jus patris: sic ut licet prole matre uniuers reverentiam, grammatique animam debeat, nullus tamen maris non obligetur, quia quidem non uniuers patris præcepis repugnat. Definendo tamen patre sibi ipsius in problem, falem nondum adiulta, matris videatur accrescere; & hac ad secundas nuptias transire, utraroque liquidem ipse in fidem & curam naturalium parentum succedat. Et qui defertum, aut orbatum parentibus liberaliter educandum suscipit, iure suo ab eo filiale obseruantiam exigere potest.

§. 4. Ut autem accurate intelligatur, quane parentum sit in liberos potestas, distinguendum est tum inter parentesfamilias segreges, & qui in crotatem faberant: tum inter potestates, quam habet genitor ut talis & quem habet, ut eji caput sue familiae. Patri ut tali cum sit à natura iusserum, ut liberos bene educat, qui in commoda humanæ societatis membra evadant, quoisque ipsi libi proficere queant; inde tanta eidem in liberos potestas concepta intelligitur, quanta ad hunc finem sufficit. Quia haudquaque eoliique sit extende, ut parentes problem intra matrem viscerâ latenter elidere, aut editam abscire, necareque possint. Nam excitatior quidem ex subfiantia parentum foboles; ut tamen in aqualem conditionem humanam cum illis loceat, & injuria etiam ab ipsi parentibus capax sit. Neque etiam hac potestas ad jus vita & necis ex occasione deliti exercendum videatur porrigi, sed ad modicam dum taxat castigationem; quippe que versatur circa statim teneram, in quam tam atrocia delicia, qua morte sine expienda, vix casunt. Sed si tanzen circa spem emendacionis omnem disciplinam pertinaciter adfomeretur puer, poterit domino patri ejici, atque abdicari.

§. 5. Ithac porro potestas, ita preesse accepta, considerari potest, juxta alverstatem statis in libertate. Nam



Nam in prima astate, ubi immaturus adhuc rationis usus est, omnes liberorum actiones directioni parentum subiacet. Quo tempore, si quid bonorum ab aliis in impuberem transferatur, id parente loco filii acceperat, & administrare debet, ut tamen dominium ipsi filio admiratur: et si fructus patri cedant ad plenam uisque filii aetatem equitum sunt. Sic & quod ex filii labore lucri aut emolumenta proventi, id metito filii pater vindicat: cui ex adverso filii nutritio & educatione incumbit.

§. 6. In adulta astate, ubi liberi pleno quidem iusticio praediti sunt, pars tamen adhuc familie parentis existunt, distincte considerari potest: quam pater habet ut genitor, & quam habet ut causus familie. Ita cum commoda educatione & gubernationem liberorum pro scopo habeat, pater, adulos quoque liberos autoritatem parecum tanquam prudenciorum sequi debere. Et qui vult ex paternis bonis sustentari, ac in ea deinceps succedere necessum est, ut ad familię paternę rationes sese attemperet: quam moderari utique penes parentem est.


§. 7. Ceterum patresfamiliae, qui nondum in civitates successerant, in domo sua aliquod instar principium gerebant. Inde & liberi, in eorum familia adhuc forentes, ipsorum imperium tanquam summum venerari debebant. Verum postea imperium istud familiare, (ut & alia iura,) ad ultimū & decus civitatum fuit attemporatum; & allicubi multum, allicubi parum de eo paribus fuit reliquum. Inde observamus, in quibusdam civitatis patres jus vice & necis, ex causa delicti exercendum, in liberos obtinuisse: in aliis id ipsum us aduenire, ne forte parentes suis in liberos potestate in fraudem boni publici, aut ad iniquam istorum oppressionem abuserentur; aut ne ob mollescentem paterni affectus dissimularent virtus, in exitium publicum eruprura, aut ne patri tam tristis sententie pronunciante necessitas imponeatur.

§. 8. Sed

§. 8. Sed ubi proles familia paterna plane excusat, & vel novam fibi familiari constituit, vel alteri adiungitur; potellis quidem patri solviunt, ut tamen femor pietatis & obseruantie debitum maneat; quippe fundam in meritis parenum, quibuscum paria facere liberi nunquam aut ratiōne creduntur. Et ita merita non in eo canantu conflant, quod parentibus liberi vitam debeant, occasione omnium bonorum; sed & quod laboriam ac sumuofam educationem eorum suscepserint, qua eos in commoda humana societas membra formarant, ac sepe de mediis vitam commode & copiose exigendi illudem propixerant.

§. 9. Etsi autem parentibus obligatio educandi prolem a natura sit injuncta; id tamen non obstat, quo minus, utilitate prolis aut necessitate id exigente, ejusdem administratore alteri commendetur: ita tamen ut inspectiōne fibi in istum delegatum parentes reservet. Unde & pater non solum praeceptoriibus idoneis filii informationem recte committit; sed & eundem alteri: adopcam daret potest, siquidem ex iude in filium aliquod ex emolumentum redundarum. Et si nulla alia ratio sit prolem alendi, potius quam inopis extinguatur, pater eam oppigorare, aut vendere in tolerabili servitutem potest, falcem fibi lege retractus, ubi pater ad laudiorē fortunam pervenerit, aut quispiam ex cognatis istum redimere velet. Quod si autem parentes per inhumanitatem prolem exploiterit & abjecerit, is qui eandem fululerit acque educaverit, in patrem quoque jus succederet: ita ut iste alumnus filiale obseruantiam educatoris suo debeat.

§. 10. Ulti autem pater prolem familia sua ejercere nro debet, educatione & auxilio istius adhuc indigenem, citra gravissimā causā: ita & proles non nisi cum bona patria venia ex ipsis familia excedet. Ceterum cum liberi matrimonii sere contrahendi occasione paternam familiam relinquant, & vero parentum utique interfit, cui proles sua jungantur,



ur, & ex quibus nepotes sibi proveniant: inde officium filiale unique requirit, ut patris consensum beis sequuntur liberi; nec eo invito conjugi facienteur. Quod si tamen de facto invitio parentibus matrimonium contraxerint, & coafrumentari liberi, jure quidem naturali id iurium non videatur; praeterea ubi familiam paternam non amplius sibi onerare velint, & alias conditione non fit indecora. Inde si alicubi ejusmodi matrimonia habentur irrita, aut illegitima, id ex legibus civilibus est.

§. 11. *Officium parentum* in hoc præcipue conficitur, ut liberos commode alane, corporeisque & anima per dextram & cordatum educationem ita formant, que idonea & utilia membra societatis humanae & civili sunt, probi, cordati, & bene morati. Item ut solidem ad idoneum & honestum vitæ genus adipiscant, & quantum ratio & occasio fert, fortunam ipsorum fundent & promovant.

§. 12. *Liberorum contra debitos* est parents honorare, i.e. reverenter illis exhibere non externis tantum signis, sed multo magis interna estimatione, tanquam auctoribus vita, ac tantorum aliorum beneficiorum, siidem obedire; pro viribus infirme, impotens senio aut egestate confedit; sine confilio & autoritate eorum nihil magni momenti suscipere; & denique eorum morositatem, aut vitia, si qua inveniuntur, patienter ferre.

CAPUT IV.

De Officiis Dominorum & servorum.

§. 1. *Officium genus humanae multiplicari coepit*, argue deprehensionem fuisse, quam commode res domesticae aliorum ministerio curari possent; mature introductum fuit, ut ad operas domesticas

meisticas obemandas in familiam addiscerentur servi. Quos ab initio ultra sepe obemisse probable est, inopia adactos, aut proprie hebetudinis lenis; stipulatioque sibi perpetuum alimentorum & aliarum necessarium præbitionem, in perpetuum hero sua ministeria addixisse. Dein cum bella pacis increberent, apud plurimos populos receptum, ut quibus bellis capti vita rara erit, servitio addiscerentur, una cum poe, que deinceps ex ipsiis esse proveniunt. Esi apud multos populos nulla ejusmodi levitus in nisi, sed omnia munia domestica per mercenarios ad tempus conductos expedianur.

§. 2. Prout autem sunt diversi velut gradus servitatu; ita & potestas herorum, & servorum conditio varia. *Mercenarii temporarii* dominus conventam mercedem; ite huic vicilium conventam operar debet. Et quia in eo contraria domini melior est conditio, ideo eiam ejusmodi ministerio domino proportionate dignitatis reverenciam exhibere tenetur; & ubi maliciose aut negligenter opus fecerit, ejusdem coercitioni est obnoxius; que tamen ad gravem corporis afflictionem, multo minus ad mortem, propria auctoritate fumendam, procedere nequit.

§. 3. Ejusmodi autem servi, qui sole altera alia in perpetua servitutem addixit, dominis perpetua alimenta, & que alia vita necessaria sunt; ite huic vicilium perpetuas operas, quicunque dominus præscriperit, præfare debet, & quicquid ex illis provenit, domino fideliter confignire. In quibus tamen virtus & dexteritas servi humanitatem rationem habebit dominus, ne vires ipsius excedentem laborem cum alferante exigat. Castigationem quoque domini iste subiecti non solum ad expellendam negligientiam in opere exequendos; sed & ut ipsius mores ad decus & tranquillitatem familie componantur. Non tamen iniurias alteri vendit talis potest; quia ultro hunc & non alium dominum adducit; & ipsius interrell, utri serviat. Si atroc delictum in aliquam extra familiam admiserit, in ciuitatibus potest



pocessatis civilis subjetat; ubi familia segregata fuerit, potest inde poterit. Sed ubi delictum in ipsam familiam segregatum sit admissum, a domino etiam per extrema coerceri poterit.

§. 4. In illos autem servos, qui bello capti fuerant, a plerisque durius agi coepimus, quod hostilis adhuc ira quid in eos superaret, & quia ipsi extrema nobis nostrisque fortunis intencaverant. Quamprimum tamen inter ejusmodi viatorum viuctumque mutua fides circa confociationem in familiam intercessit, omnis antegressa hostilitas reniffa conferat. Et tunc utique injuriam etiam taliter adquisito servo facit dominus, si vel necessaria ad viatum nos suppedire, vel citra rationem in eum favit, malo que magis si circa condignum delictum eundem occidat.

